Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

et propterea debet quemadmod
et pro populo: ita eam et pro
se met ipso offerre pro peccis Ne
quisquam sumit sibi honorem sed
qui vocat a deo tanquam aaron
Sic et xpus non semet ipm cla
rificauit ut pontifex fieret: sed
qui locutus est ad eum, filius
meus es tu. ego hodie genui te
Quemadmodum et in alio loco dic
Tu es sacdos in eternum secun
dm ordinem melchisedech Qui in
diebus carnis suae preces suppli
cationesq; ad eum qui posset illum
salum facere a morte: cum cla
more valido et lacrimis offe
rens: exauditus est pro sua
reuencia et quidem cum esset filius
dei didicit ex his que passus
est obedienciam: et consummatus
factus est omnibus obtemperantibus
sibi causa salutis eterne: appel
latus a deo pontifex iuxta or
dinem melchisedech De quo no
bis grandis sermo et interpre
tabilis ad dicendum, quoniam imbe
cilles facti estis ad audiendum
etenim cum deberetis magistri es
se propter tempus: iterum indi
getis ut vos doceamini que sit
elementa exordij sermonum
dei: et facti estis quibus lacte
opus sit non solido cibo. Omnis
enim qui lactis est participes
expers est sermonis iustitie:
parvulus enim est. Perfectorum at
est solidus cibus eorum qui pro
ipsa consuetudine exercitatos ha
bent sensus ad discretionem boni
ac mali:

Vapropter intermittentes
inchoationis xpi sermo
ne ad perfectionem feramur

non rursum iacientes fundamentum
penitencie ab operibus mortuis
et fidei ad deum. baptismatum
doctrine: impositionisque quoque
manuum: ac resurrectionis mo
tuorum. et iudicij eterni et hoc
faciemus. si quidem permiserit de
us Impossibile est enim eos qui
semel sunt illuminati. gustauerunt
etiam donum celeste. et participes
facti sunt spiritus sancti. gus
taueruntque nichilominus bonum
dei verbum. virtutesque seculi
venturi et prolapsi sunt rursus renouari
ad penitenciam
rursum crucifigentes sibi metipsis
filium dei: et ostentui habe
tes Terra enim sepe venientem
super se imbrem et ger
minans herbam oportunam illis
a quibus colitur accipit benedic
cionem a deo: proferens autem spi
nas ac tribulos reproba est
et maledicto proxima: cuius de
sinem in combustionem Confi
dimus autem de vobis dilectissi
mi meliora et viciniora sa
luti. tamen et sic loquimur. Non en
iniustus deus ut obliuiscatur
operis vestri et dilectionis quam
ostendistis in nomine ipsius: qui mi
nistrastis sanctis et ministrat
Cupimus autem unusquisque vestrum
eandem ostentare sollicitudinem
ad expleciem spei usque in finem
ut non segnes efficiamini: ve
rum imitatores eorum qui fide
et patencia hereditabunt promis
siones abrahe. Nam quia pro
mittentem deum. quidem ne
minem habuit per quem iura
ret maiorem: iurauit per semet
ipsum dicens. Nisi benedicens benedica